Olekowski Błazowskiemu Debt

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Crosnensis Ge-
nerosus Stanislaus Olekowski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus
Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus nunc praesentibus Castren
Capital Crosnensis Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se suosque Successores ac bona
sua quaelibet omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere pu-
blice ac per expressum recognovit Quia ipse Generoso Joanni Błazowski olim Generosi
Martini Błazowski filio eiusque posteris Summam Quingentorum florenorum polonicalium
monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossis triginta polonicalibus com-
putando Certi, veri, iusti et liquidi debiti mutuatoque apud ipsum per se Recognoscentem
pecuniae tenetur, atque debet Quam quidem summam suprascriptam Quingentorum florenorum
polonicalium praefatus Recognoscens Generosus Olekowski nominato Generoso Błazowski Credito-
ri suo eiusque posteris Se ac suos Successores in et super bonis suis quaelibet omnibus ac sin-
gulis [illegible] quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus hinc pro die
et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturo dare solvere numera-
re et coram officio Actisque praesentibus Castren Capitan Crosnensis realiter et cum
effectu reponere repositaque, et relictam rursus ab eodem officio non efficiendo?
[illegible] nec arrestare vel quovis alio modo solutionem summae praefatae non impugnare
Idque sub vadio similis summae Quingentorum florenorum polonicalium per eundem Recognoscentem
sive ipsius posteros suprascripto Creditori suo aut ipsius Successoribus ob non solutionem
summae praefatae pro tempore et loco superiusque expresso ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbit ac pro summa ipsa principali
non soluta solvenda Citatus [illegible] Recognoscens Generosus Stanislaus Olekowski
aut ipsius Successores ad instantiam suprascripti Generosi Joannis Błazowski Creditoris sui
sive illius posterorum Ad officium praesentis Castren Capitale Crosnensis Exturnaciones in
suprascriptis quo ad respondendum spectat mediante semper in primo litteris terminis

tanquam

tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadio praefato huic Inscriptioni
huic satisfacere ac omne iudicatum quod debebit et iudicabitur facere ac pro successoribus
suis ad eadem omnia obligat illum primo termino peremptorio et alios omnes
exinde consequenter causam eiusdem terminos semper peremptorios verum in firmitate
pro ratione huius Inscriptionis recorrentis legatione ultra vel extra Regnum servitio
militari ad maritima ad exercitum vel alys quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos officy praefati Castri
Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes
ac earum prosecutiones faciendo ac contra praemissa omnia per suas Simplices vel
triplicatis cum exceptionibus suspensionibus fatalys Iuris Inscriptione Terrestri bello
conventionesque ac alys ordinibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo
nec modo quovis evadendo Stat praesens Inscriptione circa praemissa mediam.

Jidem inter se Roborant

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneis Premysliensibus Generosi Stanislaus Ossolkowski ab una et Ioannes Starowski parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionisque suis quibusvis
propriys et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni
in quo ad actum hunc attinet se cum succonibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et
plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi
mutuo et invicem vna pars alteri ac posteris vtriusque partis se ac suos successores
et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniarys habitis et habendis
inscribunt et obligant praesentem Intercisam certam inter se Recognitam ratione certarum
rerum et Conditionum in eadem Intercisa Contentarum de Actu et data eiusdem Premysliensis
Feria Tertia post Festum Sancta Agnethis Virginis et Martyris proxima
Anno praesenti confectam manibus Recognitam subscriptam et Sigillatam in omnibus